

Cupiens autē sempiternū sui nominis monumentū esse, aiunt utrunq; mon- A
 tem cōgesta humo ad eō ampliāsse, ut Oceani maris aditū antea inter utrunq;
 continentem latū, arctiorē longioremq; redderet, quō magna cete in nostrū
 pelagus adire nequīrent, utq; ad posteros perpetua eius operis gloria man-
 ret. Tradunt aliq; cōiunctis prius montib; ab eo effossis, peruiū Oceanū ad no-
 strum mare factū. Verūm hæc cum singulis liceat ex uoluntate credere, exi-
 stimationi hominū relinquenda sunt. Sed tamen antea huic simile opus in
 Græcia effecerat. Nam à locis quæ Tempe appellantur, ubi latē stagnabat in
 campis aqua, ducta fossa aquā deduxit, Thessaliæ circa Peneū fluiuium cam-
 pos fertiles prebens. In Bœotia secus egit. Nam alueo Minei fluminis effos-
 so, omnē regiōnē stagnantē inutilemq; reddidit. Sed Thessalię opera in Græ-
 corū gratiā acta sunt. Aduersus uero Bœotios in pœnā mitigandā urbē in-
 colentū, ultionemq; quos illi in feruitutē redegerant, Thebanorū, Iberorū
 regno optimis eius regionis uiris tradito, cum exercitu in Celticam Galliam
 profectus est: omnīq; peragrata prouincia, infandum interficiendorū hospiti-
 um morem sustulit. Cum ingens ex omnibus gentibus eum exercitus seque-
 retur, urbem condidit amplam, quam appellauit Alexiam, plurimis ex pro-
 pinquis incolis sponte in ciuitatem confluentibus: qui cum reliquam multi-
 tudinem superarent, euestigio urbs ad barbaros mores defluxit. Hanc urbē
 Celtæ etiam nunc in honore habent, tanquam omnis Celticæ metropolim.
 Permanisit hæc urbs ab eius conditore hucusq; libera, ac sui iuris: postmodū
 à C. Cæsare, qui propter res gestas deus dictus est, uicā capta, Romanorū im-
 perio cum alijs Celtis cessit. Ab his Hercules in Italiam tendens, iterq; per Al-
 pes faciens, ita difficilē aditu asperamq; uiam strauit, ut postea exercitib; cū
 iumentis impedimentisq; facile iter esset. Barbaros montanos, infestos trās-
 euntibus, latrocinijsq; asuetos, occisis eorum ducibus deleuit, posteris red-
 dita itineris securitate. Transcendens Alpes, & eam quæ nunc Galatia uoca-
 tur, per Lygussicos transt, patriam asperā ac omnino duram, multoq; etiam
 incolarū labore ac studio paucos ferentem fructus: qua ex re robusti homi-
 nes sunt, ualidiq; corpore, cibi enim paucitate, colendorumq; agrorū labo-
 re agiles ac leues existunt, & in bello uiri præcipuē fortes. Hi cum ultra cete
 ros cōtinuo agrorū exercitio fatigentur, & foeminas quoq; rustico operi as-
 sufecerunt. Operis tum uirorum tum mulierū inuicē precio conductis, mir-
 rabile nostris unius foeminæ factum contigit, quæ prægnans cum uiris opus
 mercede faciens, ingentibus partus doloribus abcessit inter uirgulta: ibiq;
 absq; eiulatu infantem editum, folijsq; inuolutū cum abscōditum dimississet,
 ad opus nihil de partu locuta redijt. Sed re ad uagium infantis cognita:
 qui operibus præerat, non permisit matrem à labore quiescere, donec tandem in-
 fantis misertus, præbita mercede mulierem dimisit. Hercules Lyguribus ac
 Tyrrhenis relictis, ad Tiberim fluiuium, ubi nunc Roma est, multis postea se-
 culis à Romulo Martis filio condita, peruenit. Tenebant tunc Aborigines,
 quod nunc Palatium appellant, urbem penitus paruulam incolentes. Inter
 præstantiores Potitius & Pinarius erant, qui Herculem ut hospitem magnō
 honore donisq; susceperunt. Horum uirorū monumenta usq; ad hanc ætatem
 Romæ permanent. Nam inter nobiles habetur Pinariorum tanquam ue-
 tustissimū genus. Potitiorum in Palatio cochleæ descensus est lapideæ, ab il-
 lo Potitia dicta, propinqua domui quæ tunc Potitij fuit. Hercules ad hono-
 rem sibi à Palatinis impensum, dixisse fertur, eos qui sibi postquam ad deos
 translatus esset, decimam honorum dicarent, uitam felicem uicturos. Quod
 & euenisse usque ad hoc tempus constat. Multi enim Romanorum non so-
 lum mediocri censu, sed & quiditissimi sunt habitu, decimas Herculi uo-
 uerunt: postea que fortunatiores facti, bona sua ad quatuor talentorum
 millia Herculi sacrarunt. Lucullus Romanorum fermē ditissimus æsti-
 matis